

5

DE  
**MORBIS GRAVIDARUM**  
ET  
**DE DIFFICULTATE PARTÙS**  
**THÈSES,**  
QUAS AD PUBLICE PROPUGNANDAS,  
IPSIS IDIBUS DECEMBRIS ANNO MDCCCLI  
EDIDIT  
IN MEDICINA DOCTOR

*Antonius Pancratius a Lima Vasconcellos,*

SERGIPENSIS



**BAHIA**  
EX EPIPHANII PEDROSA TYPIS  
IN CENTURIONUM VIA  
MDCCCLI.

# BAHIENSIS MEDICINÆ FACULTAS.



DOMINI DOCTORES.

JOANNES FRANCISCUS AB ALMEIDA, RECTOR.

## PROFESSORES PROPRIETARI.

### 1. Anno.

- Em. M. Rebouças..... { Botanices Medicae, et Zoologiae elementorum.  
V. F. a Magalhães..... Physics Medicae.

### 2. Anno.

- E. F. França..... { Chimices Medicae, et Mineralogiae elementorum.  
J. Abbott..... Generalis et specialis Anatomices.

### 3. Anno.

- J. Abbott..... Generalis et specialis Anatomices.  
J. e S. Gomes..... Physiologiæ.

### 4. Anno.

- J. V. a F. A. et Ataliba..... Pathologiae internæ.  
Em. L. A. Dantas..... Pathologiae externæ.  
J. a S. Velho, *Præses*..... { Pharmaceutices, Materiæ Medicæ, speciatim Brasiliensis, Therapeutices et artis formulas componendi.

### 5. Anno.

- F. M. Gesteira..... { Partuum, morborum mulierum prægnantium effætarumque et recens natorum.  
J. H. ab Alencastre..... { Medicinæ Chirurgicæ, Anatomices Topograph. et Apparatum.

### 6. Anno.

- J. B. ab Angelis, *Impugnator*..... Hygienis, et Historiæ Medicinæ.  
J. F. ab Almeida..... Medicinæ Forensis.  
J. A. ab A. Chaves..... { Clinices externæ, et Anat. Patholog. ad illam pertinentis 2.<sup>o</sup> 3.<sup>o</sup> 4.<sup>o</sup> 5.<sup>o</sup> et 6.<sup>o</sup> annis adjunctarum.  
A. P. Cabral, *Impugnator*..... { Clinices internæ et Anat. Patholog. ad illam pertinentis. 5.<sup>o</sup> 6.<sup>o</sup> annis adjunctarum.

## PROFESSORES VICARI.

- M. A. a Sanctis..... { Sectionis Scientiarum accessoriarum.  
S. F. Souto.....  
E. J. Pedrosa..... { Sectionis Chirurgicæ.  
M. M. Sampaio.....  
A. J. a Queiroz, *Impugnator*..... { Sectionis Medicæ.  
A. J. Ozorio.....

## MINISTER A SCHOLAE SECRETIS.

P. J. a S. B. Cotigipe.

**PATRI,**

*Silentium verbis facundius.*



**MATRI,**

*Pietatis filii pignus.*



**OMNIBUS,**

QUI AMICITIA EXISTIMATIONEQUE ME HONORANT,

*Eorundem affectuum remuneratio.*

Non mei, sed Hermanni Boerrhaye hi sunt aphorismi, quos Facultati Medicinæ Bāhiensi exhibeo.

Tanquam si mea essent, ea suscepi verba publicè ad propugnanda.

# PARS PRIMA.

## DE MORBIS GRAVIDARUM, APHORISM.

I.

**P**OSTQUAM gravida est femina, plurimis afficitur malis ex sola graviditate oriundis.

II.

Quorum nonnulla oriuntur ex sanguine menstruo secerni impedito ob clausum uterus, et fetu tamen non potente hactenus in sui incrementum eum absumere.

III.

Alia ex ipsa mole, motuque fetu, atque secundinarum, et aquarum, vim exercentium in partes hasce sensiles admodum.

IV.

A Priori (2.<sup>a</sup>) videtur pendere nausea, vomitus, prostratus appetitus, vel idem depravatus planè, animi deliquia, vertigines, dolores summi stomachi, pectinis, inguinum, renum, mammarum, torpor, gravitas, dyspnæa, abortus.

V.

Quæ proinde pendentia ab una causa eodem remedio, sanguinismissione, tolli solent.

VI.

In qua tamen instituenda, locus, tempus, copiaque, maxime advertenda.

VII.

Tum victus tenuis, motus ordinatus, potus levis, admodum prouident.

—( 6 )—

VIII.

Interim cardiaca aromatica, unā cum lenissimis anti-hystericis, vel et blandis subacidis, summi usūs sunt; et efficaciæ.

IX.

Ab incremento fetūs, oriri videntur eadem ferē , quæ enumerata, (4.<sup>a</sup>) tum difficultas urinæ , et alvi, hemorrhoides, varices, instatio pendum, uterinorumque labiorum, lapsus proclivis.

X.

Quibus quidem auxilium ferri potest aliquando remedio (5.<sup>a</sup>), vel et situ corporis pro tempore mutato, tum etiam fasciis, similibusque, atque tandem linimentis lenibus.

XI.

Inter periculosissimos verō gravidarum morbos habetur fluor uterini sanguinis.

XII.

Qui ferē exeō , quód placenta ab utero soluta , et arteriis plenis sanguine distendente , uteroque distento , saepe pleno rivo arteriosus cruor emanet.

XIII.

Cognoscitur ex orificio uteri laxato, sanguinis fluxu magno, citato, admodum debilitante, vivo, vel grumoso, dolente.

XIV.

Causa hujus, affectus animi vehementes, motus corporis nimii, hysterica, et emmenagoga, male applicata, percussio inferioris partis abdominis.

XV.

Remedia, quies animi, corporisque, aēr frigidus modicē, venæ sectio, adstringentia, opiata.

XVI.

Si his nihil proficitur, infans methodo optimâ pro situ ejus mutatō, illicō educendus, uterusque ab fetu, placentâ, grumoso cruore, integré liberandus erit.

XVII.

Neque refert, quonam gestationis tempore id acciderit, cūm melius sit perire , vel aliter peritum fetum , salvâ matre , quām perire certō utrosque.

# PARS ALTERA.

## DE DIFFICULTATE PARTUS APHEORISMI.

I.

**P**ARTUS difficilis fit vitio Matris, infantisve.

II.

Vitio Matris, deficientibus viribus ad expellendum, vel partibus ipsis naturalibus malé se habentibus.

III.

Si vires deficiunt, hæ excitandæ sunt ope uterinorum, cardio-rum, sternutatoriorum.

IV.

Si uteri collum internum nimis angustum, durumve, linimentis succurrendum quantum possibile, ut lubricum emollescat, vel fotu.

V.

Si tumor hic (4.<sup>a</sup>) vel in vaginâ enatus expulsionem impedit, is dis-cutieundus, suppurandus, vel eximendus ope chirurgicâ.

VI.

Si excoritata harum partium labia coaluerint, citó, et ante partum, si fieri possit, dissecanda, et cicatrice obducenda sunt.

VII.

Si ossium compages arctior iter impediverit, linimentis emollientibus (4.<sup>a</sup>) fomentis similibus, lenienda sunt cum manu lege artis succurrendum parturienti est.

VIII.

Infantis vitio contingit, ubi ille immobilis, mortuus, vel ita situs, ut ipse sibi claudat portam.

# PROPOSITIONES.

EX CATHEDRIS

## HUJUS MEDICINÆ FACULTATIS.



### DE PHYSICE.

Racionaliter creditur, ex progressionē physicæ, demonstrari posse aliquando, esse unam eandemque rem, lucem, caloricum, electricitatem et magnetismum; et id ob summam similitudinem, quæ ab ipsa inter eas potentias nota est usque.

### DE RE HERBARIA.

Dissimilitudo inter hastarum consistentiam pendet, primo, a proportione textorum eas componentium; secundo, ab eorum uniformi vel multiplici structurâ.

### DE CHIMICE.

Quæque sit origo et intensitas vis, quæ affinitas chimica nominatur, ea nunquam erit absoluta.

### DE ANATOME.

Non est anatome unius organi hominis, quod optime prodest ad ejusdem organi functiones cognoscendas.

### DE PHYSIOLOGIA.

Non, nisi accuratissime studeatur affectum physiologia, inveniri poterit quibusdam nevrosibus solatium.

### DE THERAPEUTICE.

In cordis palpitationibus ab hypertrophiâ ortis, maxime omnium, si sanguinis detractio excipiatur, digitalis prodest.

### DE PATHOLOGIA INTERNA.

Ex eo quod intensitas causæ efficientis morbi cognoscatur, non inferri potest, quæ sit morbi ipsius intensitas

### DE PATHOLOGIA EXTERNA.

Gravitas vulnerum ab ignario pendet, servatis servandis, a natu-

râ, formâ, distantia, et directione projectilis, momentoque organorum, et partium adjacentium.

### DE ARTE OBSTETRICIA.

Non extrahenda placenta, expulso naturaliter fœtu, nisi appareat imminens periculum.

### DE MEDICINA CHIRURGICA.

In fracturis comminuentibus, cum textorum mollium tensione, et simul cum disjunctione fragmentorum ossis, et cum percussionibus vasorum aut nervorum principalium, absoluté necessaria, et quamprimum, est amputatio.

### DE MEDICINA FORENSI.

Per commotionem cerebri, et congestionem explicatur, plerumque, satius mors eorum, qui in prælio inveniuntur, nulla laesione externa.

### DE HYGIENE.

Plurimum interest ad curationem cognoscere mutationes, quas in corporis constructione gignit ætas.

### DE CLINICE INTERNA.

Impossibile est decernere, omnino plane, sedem effusionis in axe cerebro-spinhali: censemus ergo non indicari debere tunc terebræ operationem.

### DE CLINICE EXTERNA.

Fracturas calvariae plerumque sequitur hepatis affectio.

### DE PHILOSOPHIA MEDICA.

Valde probabile ardentes periodos ante-deluvianas, excitasse quodammodo ingentium animalium apparitionem, quorum nunc vix vestigia supersunt.

Magna similitudo perspicitur inter progressus intelligentiæ, et terra metamorphoses.



# HIPPOCRATIS APHORISM.

I.

Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, fetum sanum esse impossibile.

II.

Mulieri sanguinis evomenti, menstruis erumpentibus, solutio fit.

III.

Mulieri, menstruis deficientibus, e naribus sanguinem fluere, bonum.

IV.

In morbis acutis, extremarum partium frigus, malum

V.

Cum morbus in vigore fuerit, tunc vel tenuissimo victu uti necesse est.

VI.

Ubi fames, non oportet laborare.



Poemelida ao Sr. Dr. Velho. Bahia 5 de Dezembro de 1851.

Almeida.

Esta conforme aos Estatutos. Bahia 6 de Dezembro de 1851.

Dr. Velho.

Imprima-se. Bahia 6 de Dezembro de 1851.

Almeida.